ne aliquid comedit bibit dormiuit? Re-
pondeo q[uod] illa oīa necessaria corporis ita
discrete ordinavit: q[uod] etiam cessando ab
operibus et quiescendo semper meruit: et
hoc ex feruenti charitate. Et hoc nō est
mirum: quia nobis est possibile semper
mereri in omnib[us] que facimus yl[di]m
timus. cum in gratia dei sumus et omnia
ad deū referamus. Unde ap[osto]ls Ro. 8.
Scimus q[ui]m diligentib[us] deum omnia
coopantur i[n] bonum. In hoc etiam pre-
cellimus sc̄tōs i[n] celo existentes. q[uod] nihil
amplius mereri possunt. Sz nos pos-

sumus in p[re]sentivita set[em]p[er] mereri. Ver-
bi grā. Si comedis p[ro]pter confortatiōe;
nature: et cum gratiarū actione cibus tu-
us laudat deum: et sic comedēdo merer-
is coronā vite eterne. Si dormis iten-
tione eavt fortior fias ad surgēdū et ser-
uiendum deo dormēdo merer[em]⁹ Greg⁹.
S[an]cto p[ro]p[ter] non vacat a merito Ies⁹
si laboras manualiter ea intentōe ut ha-
beas vnde te yore tuam et pueros de-
fustis bonis nutritive aleas. vt non indi-
geas furari: nec quicq[ue] iniuste lucrari vlt
si laboras ut penitentiā Ade humano
generi iunctaz p[ro]ficias. Et quando cum
q[uod] hab[em]⁹ trium intentionū vnam habes:
et sic in gratia laboras: semp[er] mereri in
quolibet opere coronā vite eterne. Er-
go p[ro]st[er] non p[ot]eris p[ro]p[ter] panem quin nō
mereatur coronam. Similiter faber su-
tor rusticus et sic de alijs laboratib[us]. Et
proximo die in quo fideliter laborasti ha-
bebis maius premium q[uod] totus mūd⁹
valere potest. Unde p[ro]p[ter] s. Labores mai-
num tuaq[ue] q[uod] manducabis. Et unde
Bernardus de consideratiōe Si labor
occurset merces in iuste ynuſquisq[ue] enim
fini suum labore mercedē accipiet. Unde
de Ambrosius. Brevis huius laboris ē
meta: sed corona p[er]petua. bb ¶ Ter-
tio sciendum qualiter beatavirgo adiu-
uat. Ip[s]a quidem iuuat hoīem in omni
statu. sc̄ in vita: in morte: et post mortem.
Unde canitur de ea. Maria mat[re] gra-
tie mater miscōdie. Et adiuuat quidem
in p[re]sentivita tam malos q[uod] bonos Bo-
nos. sc̄ eos in gratia confortando et eis
gratiā augmentādo. Ideo d[omi]n[u]s. Ma-
ria mater gratie. Malos vero ad mis-
ericordiā et penitētiā reducendo Ideo
dicitur Mater miscōdie. Circa q[uod] querit
ur. Ultrum ip[s]a vel eius filius sit magis
misericors. Respondeo q[uod] filius eius:
quia sicut est infinite potentie: sic est in-
finite miscōdie. Unde p[ro]p[ter] Disseratiōes
eius super omnia opera eius. Sed ip[s]a
dicitur mater miscōdie: quia semper mū-

precepto

sericorditer agit. Sed filius eius est iustus et misericors in omnibus operibus Ideo dicitur. Mater misericordie Adiuuat etiam in morte ab insidiis diaboli protegendo Ido subditur. Tu nos ab hoste protege. Adiuuat etiam post mortem animas in suis manibus suscipiendo et in celum deducendo. Et ideo subdit Et in hora mortis suscipe.

Cuarto propter quid nos adiuuat. Pro quo secundum quod virgo gloria in iure iurando tenetur obligatur nobis peccatoribus misericordiam et gratiam exhibere ut nullo modo vacat a nobis continere misericordiam. Etiam si vellet iusto dei iudicio conuincit opotere gratiam nobis dare. Et hoc continentur triplici ratione. Primo conuincit nobis gratiam exhibere propter ipsum gratiae iumentorem. Humanum enim genus in lapsu primorum parentum gratiam perdidit: quam angelo testante Maria inuenit. Sic enim ait angelus ut habet Luce. p. Intenisti enim gratiam apud dominum In sancto autem est tam in iudicio ecclesiastico quam civili ut qui rem alterius inuenit ei restituat cui erat. Et sic iustum sententiam cogitur maria nobis peccatoribus qui gratiam perdidimus restituere velit nostrum. Secundo cogitur nobis misereri propter maternum affectum: nam ex eo quod ei filius dignatur dici et esse frater noster. iuxta illud ps. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Ita in euangelio dicit Christus Magdalene. Glade et dic ad fratres meos. Item ascendo ad patrem meum et parentem vestrum. Ex hoc iusta ratione cogitur esse mater nostra. Scimus autem quod omnis mater diligit filios suos. Unde dicitur ihesus christus secundum deitatem naturalis est filius patris: et omnes electi filii adoptiui. Sicut a simili iesus christus secundum humanitatem est filius virginis matris: et nos eius filii ex materna affectione. Hinc est quod Luc. i. dicit: Perpetus filius tuum primogenitus: quia primogenitus eius filius iusto ordine dicitur respectu

nostrum qui post illuz eius filii sumus. Ex hac autem materna affectio cogitur habere curam nostri. Scimus quod omnis mater animalium volucrum serpentum etiam quatuor cunctis venenosam habeant feros citatem: diligat tamquam immo cogit diligere refutum suum. Quid si tam fortis est natura ut omnis creatura ex virtute materna cogit velle bonum filii suis: multo magis diuinus affectus in matre dei cogitur nos amare. quia filius dei qui in misericordia venit in eius uter: immo quem misericordia dicitur et est. Ipse fecit ei regis scera in eternum misericordiam redolere. Hinc Bernardus. Qui pomum in manu habuerit per medium diem: per reliquias partem diei manus redolent odorē. Sicut a simili. quia misericordia que deus est in eius visceribus nouem mensibus requieuit. ideo eius viscera redolent misericordiam in eternum.

Tertio cogit nobis misereri ex filio recommandatione. Ad hoc enim elegit filius marie tempore et locum aptissimum quo nos recomendaret matrem: hoc est tempus passionis et locum passionis quo dixit. Dulier ecce filius tuus: ut ex loco et tempore ipsam recommendationem ei profundius inculcaret. Nam noīe iohannes qui interpretat gratiam: omnes peccatores converti ad dominum intelligunt quod in illo loco et tempore matris recomendarere voluit: ut cum ira dei iusto iudicio egredere ad puniendum et damnandum peccatores: ipsa memor loci et temporis passionis per nobis affectuosius interpellaret ac si in illa causa seu recomendarere filius eius ei diceret illud. Isaie. xvi. Absconde fugientes et vagas ne perdas. ac si dicat. Glade mater oculis cordis et corporis quod quantum et qualia per peccatores patior. et eos tibi habeas recomendatos. Licet hec multa et magna sit valde misericordia matris christi super peccatores tamen maior est misericordia filii: ut potest quia ipse est misericordia habens misericordiam essentialiter in infinitum: affectuosa

De quinto

Ex.
suis cupiens nos saluari q̄d damnari.
Et ideo matrem sue passionis iteresse voluit: ut per suam intercessionem (cui nō est fas aliquid denegare) occasionez ha-
beat miserendi. Q̄d aut̄ Maria sollicita sit reconciliare peccatores: patet p̄ ta-
le exemplū ee. **E**fuit quidā peccator volens ire ad peccandum. ad altare beate virginis stabat salutans eam angelica salutatione. Quia modus eius erat quandocumq; poterat altare vel imago/ nem virginis salutauit. Quod cu; face-
ret: vidit imaginem eiusdem virginis q̄ sup altare erat iustificari cum pueo quez tenebat. Vidiq; sanguinem fluēd puerō in gremiū eius: sicut fluxerat de vulnibus christi in cruce. Quod cum cer-
neret obstupefactus est dicens. O dñā quis fecit hoc? Et beata v̄go respondit
Et ceteri peccatores qui amplius cru-
cifigūis me et filii meum q̄d fecerant iu-
dici. Volebar q̄ v̄go sanguinez pueri ter-
geret restringere: sed nō poterat. Et pec-
cator ille conuersus ad imaginem dixit
O mater misericordie intercede p̄ me.
Et illa **V**os peccatores vocat̄ me ma-
trem misericordie qui non cessatis face-
re me matrem miserie et tristitie. Et ille
Non sic piissima domina loquere: h̄ me-
mento aduocatam peccatoz te esset int̄-
cede pro me. Et mater ad filium. O piissi-
me fili amore mei miserere huic pecca-
tori. Et filius. Nō mater. Nec grauari
debes q̄ te non audio: quia ego rogaui
patrem meū p̄mo si possibile foret aliter
humanum genus saluari transferret a
me calicem passionis. Et noluit audire
me. Et mater O fili memento q̄ te ma-
terno amore foui et alius vberibus et pec-
catore meo. et cōdona huic peccatori. Et fi-
lius. O mater ex iusticia tibi ostendo q̄
exaudire te non teneor. Et mater. Nō
fui iusticiam causem: sed ad misericor-
diam confugimus. Et ergo ppter tuaz
misericordiam miserere huic peccatori.
Et filius: rogaui ego secūdo p̄ em meū

vt si possibile foret alio modo gen⁹ hu-
manū saluari trāfferret a me calicē passi-
onis et nō audiuit me. Et mater. O fili
memēto laborū quos sustinui tecum: et
dona mibi istū peccatorē. Et fili O ma-
ter noli grauari q̄ tenō exaudio: sed me
mento q̄ tertio rogaui patrē meū vt tñs
ferret a me calicē passionis et nō exaudi-
uit me. Et pia mater depositi filiū tuo
luit p̄cidere ad pedes eius. Quod cer-
nēs filius inq; ad eā. Quid est mater
qd facere vis? Et illa. Tamdiu ad pe-
des tuos cū peccatore facebo quoq; q̄
ventā ei cōcedas. Et filius. Absit hoc
mater: sanctū est in lege diuina q̄ fili⁹
debet honorare matrē. Et iusticia con-
cludit. q̄ ille legem debet implere qui le-
gem dedit. cum aut̄ ego sim filius tuus
et tu mater mea te honorare volo in isto
peccatore: et sibi ppter te omnia peccata
indulgeo. et sic pax erit inter me et eum.
et in signum pacis osculet̄ vulnera mea.
Et sic peccator osculando sanauit om-
nia p̄ij christi vulnera.

De quinto p̄cepto

DOn occides / **A**n q̄ pre-
cepto prohibetur homicidium
a quo peccato p̄mo deberet co-
hibere homines hoc qd ipm
est contra naturam: Docuit em natura
animalia q̄ deberet diligere ea quæ cius/
dem speciei cum ip̄is. Unde Eccl. xiiij.
Omne animal diligit suum simile. Un-
mirum est quomodo homo vult occide-
resū simile sc̄z alium hominem. cū na-
tura doceat unum lupū amare alium.
Sic similiter intelligendū est de homi-
ne q̄ naturaliter et ex instinctu nature de-
beret diligere alium hominē sibi similez
Un Aristoteles octauo Ethico p̄ Om-
nis homo omni homini naturaliter est
amicus. Ergo talis peccat cōtra natu-

precepto

tam humanam ei indicam. Insuper peccat contra rationem humanam. Dictat enim ratio hominum quod non deberet facere alij quod sibi odit fieri. vñ Thobie. iij. Unde cum ipse homo super omnia naturaliter abhorret morte. ideo ipse super omnia cauere deberet ne morte alij inferret. Unum pmetator secundo de aia. Omnenaturale desiderat permanentiā et esse. Secundo deberet cohibere homines ab hoc peccato: quod peccatum huius diabolici est et diabolo assimilatur. Unde Johes. viii. Ille homicida erat ab initio. Diabolus ab initio homicida fuit suus: et consequenter Ade et Eue et totius humani generis. Unus Augustinus. Diabolus est humani generis inimicus inuictor mortis. B. Tertio deberet cohibere. quia est unum de quatuor peccatis quod dicuntur ad dominum clamare. Et primus horum peccatorum est oppressio puerorum innocentium. Unde Erodii secundo. Ascendit vox filiorum israel ad dominum. Ergo summe cauendum est cui libet: ne pupilos et orphanos et viuas innocenter opprimat vel eis aliquam iniuriā faciat. Secundum dū est peccatum zodomitarum. Unus Gen. xviij. Clamor zodomitarum et gomorrorum multiplicatus est. Tertio detentio mercedis mercenarioꝝ. Unde Jacobi ultimo. Ecce merces operarioꝝ vestrorum que fraudata est a vobis clamat. et clamor eius introiit in aures domini saeboꝝ. Quartum est homicidium proximi. Unde Genes quarto. dixit dominus ad Layn; Ecce vox sanguinis fratris tuī Abel clamat ad me de terra. Sic potest deus dicere ad quemlibet homicidum. Ecce sanguis innocenter a te effusus clamat ad me de terra requirens vindictam super te. Item patet ex hoc quod sit unum de maximis peccatis occidere proximum et innocenter. quia dominus maledixit terre que aperuit os suum et recepit sanguinem Abel fratris Layn. Si autem terra est maledicta a domino que sanguis

nem innocentem receperit: quid tunc de illo erit quis sanguinem innocentem effudit. Ergo merito dicetur occisoribus in iudicio extremo. Ite maledicti in ignem eternum tecum.

Contra homicidium sit duplex. **L**icendum autem quod homicidium est duplex. scilicet corporale et spirituale. Corporale committitur manu vel facto. et hoc quatuor modis. **P**rimo modo iustitia dictante. ut cum iudex reum iuste damnat. vel minister taliter damnatum occidit. Unde queritur. utrum iudicio liceat occidere malefactorem. Respondeo secundum sancti Thomam secunda secunde. q. lxvij. Sicut pro salute totius corporis preciditur laudabiliter membrum putridum: sic malefactor qui est corruptius aliorum. laudabiliter occiditur ut commune bonus conseruetur. Si tamen hec occasio fieret a iudice vel ministro liuore vindicte vel delectatione fundendi sanguinem humandum: licet iste malefactor iuste occidatur: nihilominus iudex vel minister mortaliter peccat. Similiter si minister hoc facit pro aliquo questu quem erit de se consequi speraret. Similiter autem ambo scilicet iudex et minister peccant mortaliter si reum occidunt iuris ordinis non seruato: hoc est si occidunt sententiam non condemnatum. Et hoc probatur. xxvij. q. iiiij. paragrapho penultimo. et q. v. miles. et ca. cum minister. **Q**ueritur utrum liceat priuate persona occidere malefactorem. Respondeo secundum sanctum Thomam ubi supra. non licet. sed solum illi cui communitatis cura commissa est. sicut principi vel domino terre habenti publicam auctoritatem non autem alicui priuato. **S**ecundo modo sit homicidium necessitate instigante. Sed tunc distinguendum est hoc modo. quia aut illa necessitas bene possit satis faciliter evitari. puta cum quis

De quinto

potest euadere in sequentem se hostem. tunc
reus est homicidij et tamquam per mortali pec-
cato debet agere penitentiam. Autem est ne-
cessitas ineuitabilis: putasi quod occidit
in sequentem se non ex odio somite. sed ex
dolore animi. quia aliter non potuit peri-
culi occasionis euadere. et talis non pec-
cat nec astringitur ad penitentiam nisi
ad cautelam propter ambiguum dubiecta-
tis. quia potest timere ne illum occides
motus ex indignatione vel iracundia:
vel libidine vindicte: et non ex sola necessi-
tate defendendi se. ideo interiori spacio debet
agere penitentiā: et suis peccatis asscri-
bere quod in tantam venit necessitatē: et in
hoc concordat Sanfredus et Hostiensis.
Sacrum tamquam quis per conservatio-
nem proprie psonae liceat in ineuitabili necessi-
tate aliū occidere ne ipse occidatur. hoc
tamquam nullatenus est licitum per preseruationem
rerum temporalium: quia vita proximi est
preferenda rebus fortune. **C**ertio hoc ho-
miciudum corporale fit casu. sed ibi distin-
gue. quia aut dabat operam rei licate aut
illicite: putasi prouiciebat lapidem vel ia-
culum siue in ludo siue per corporis exerci-
cio versus locum ubi prouenit esse transi-
tus hominū: reus est homicidio. ut pateretur
q. i. merito. Et irregularis efficitur.
ut patet et Innocentius super causa exhibita
Si vero dabant operam rei licate: puta-
si pulsauit et baculus cadens interfecit ali-
quem vel occidit eum non imputabit ei. Vel
si quis secans arborē et arbor cadens for-
tuitu aliquem occidat: non est culpabilis. quod
verum est si fiat in priuato loco et adhi-
beat veram et plenam diligentiam. s. cir-
cuspicio se et alte clamando quod sibi caue-
at: alioquin sibi imputabis ut per dist. l. hi-
qui arborem. **Q**uid de parctibus in qua-
rum lectis pululi iniungenda mortui? **R**u-
deo filius Raymūndum. Si mors inter-
uenit graui eorum culpa precedente atque
negligētia: grauis est eis penitentia iniungē-
nda. Si autem leuis culpa pcesserit: non
grauis penitentia est eis iniungēda. Si

autem nulla pcesserit negligētia vel cul-
pa de iure non sunt puniēdi: tamē ad cau-
telam propter ambiguum est eis aliquod per-
nitētia iniungēda. **L**ocordat Hosti. et
addit quod monēdi sunt parentes ne pueri
ros teneros secum in uno lecto collocēti
ne forte opprimātur. q. v. consulueristi.
Quid dicēdum est de custodibus insi-
morum qui ad eorum petitōem voca-
uerūt minorē ut minueret eis sanguis
nem: vel dederūt eis vinum: vel non be-
ne custodiūt eos ita quod ipsi mortui sunt.
Respōdeo filius Guilielmo. In omnibus talib-
us quando bona fide fiunt non debet ali-
quis defacilis scrupulosam conscientiam ha-
bere: nisi sit evidēs culpa aut negligētia
dissoluta et certum sit quod inde mors puen-
niret. tunc irregularitas contracta est
D **C**uarto homicidium corpora-
le committitur voluntate et propria iniuria/
teumpellēte: putasi quis ex odio vel li-
uore vindicte aliquem occidat. et tunc sine
omni distinctiōe dicēdum est quod tale ho-
miciudum voluntarium semper est mortale
peccatum et enorme. **Q**ueritur utrum magis
peccet qui occidit iustum quam qui occi-
dit peccatorem. **R**espōdeo filius sanctū
Tho. scđa scđe. q. lxiiij. sic. **E**thocqua-
drupliciterone. **P**rimo quia nocet ei quem
plus debet diligere. et ita magis agit con-
tra charitatem. **S**econdo quia iniuriam
infert ei qui est minus dignus et ita magis
contra iusticiā agit. **T**ertio quod puer
comunitatē maiori bono. **Q**uarto quia
temnit deū in isto hoīe. **L**uc. x. Qui
vos spernit mespernit. Item quia fide-
les sunt filii dei. i. Joh. iii. **V**idete qua-
lem charitatē nobis dedit deus ut filii
eius noīemur et simus. **I**gitur qui aliquem
fidelem occidit: filium dei occidit. quod con-
stat immanissime severitatis esse. **Q**uo
ante prospectū dei constare audebit qui fra-
trem eius occidit. **Q**ueritur utrum occidere
qāalia sit peccatum. **R**udeo filius Tho.
ubi supra: non. quia nullus peccat uten-
do re sua ad hoc ad quod est ordinata.

precepto

Generaliter autem plantet a iusta christi hoies
sunt: Querit utrum mulier iuste liceat seipsum oc-
cidere propter stuprum vel adulterium vitandum. Rerum
deo fidei Tho. ubi super non. quod non debet in-
se committere crimen maximum ut vitetur mi-
nus crimen alienum. Non est enim crimen mu-
lieris si ei violentia inferatur. Et iterum fornici-
atio vel adulterium minus peccatum est quam ho-
micide. periculum suum prius quod est periculo
suum. Quia non restat tempore ut per peniten-
tiam expietur. Sed hoc est vice et potius
debet se violenter committere occidere quam in
peccatum fornicatoris voluntarie incidere.
Sciendum quod occidere seipsum est peccatum
mortale: ut probat Thomas secundus secunda.
q. lxiiiij. quadrupliciter. Primo quidem quod est
contra naturalem inclinationem quod unaque
quaesit res seipsum nescire conseruare quantus
in se est et propter. Secundo quod est contra charita-
tem qua homo tenetur se diligere. Tertio
est iniuria communis: quod quilibet homo
pars est communis. Quartuero quod talis in deum peccat: sicut quod alienum suum interficit
peccat in deum. Ideo quod nullo modo
licet illud ut miseria presentis vite quae
euadat. nam finis omnis terribilium est mors
fidei patrum. Item nec propter vindictam ali-
cuius peccati in seipso ibi se occidere. Quid
de his qui seipsum mutilant: Rudeo non
licet membrum sanum percidere. Et quidem si ta-
lis mutilatio fiat ex impatientia alicuius
infirmitatis. aut etiam credebat obsequium
periculum anime siue peccatum: quod saluti spirituali
semper propter aliter subueniri: cum peccatum subia-
cerat ipsi voluntati. Ergo tales homicide
suum prius iudicantur: et tales repellunt a promoti-
one receptorae sacrorum ordinum. Nec est
si membrum putridum ideo abscindatur a se
vel ab alio: quod est corruptum corporis: quod
funeris licet est abscondere: devoluntate tamen
eius cuius est membrum aut illius ad quem pertinet
curare de salute illius. E. **Q**uin
so homicide corpore committit a lingua

70. **h**oc primo. scilicet precepto sicut herodes
occidit oves pueros qui erant in bethleem
inde. Matth. iiij. Dittens occidit oves
pueros qui erant in bethleem et in omni-
bus finibus eius: non quod manu eos occi-
derat. sed quia iussit et precepit. **S**e-
xto committit consilio: puta cum quis alter
suaderet vel rogaret homicidium facere: ostendens
sibi utilitatem sequentem ex homici-
dio tali. Et talis fidei Innocentius est reus
homicidij: et cum hoc irregularitate incurrit.
Nec intereat si ille cui datur consilium sta-
tim occidat vel dum postea tempore interdicto
nisi interim contrarium suaderet: et primum
consilium reuocaret. Imo quod plus est
oportet quod illi denunciet de cuius morte
contractum est quod sibi caueat: nisi probabit
litter credat quod post reuocationem Christi ille
cui dedit consilium reuoceat a proposito occi-
dendi: ut dicit Innocentius. Lautetur ne quem
quam probet. Sic cayphas Christus occidit
dando consilium de morte eius Ioh. xi
dixit. Expedi ty obis ut tu nus moriatur
homo pro populo et non tota gens pereat
Unde Augustinus. Non solum illi ho-
mides sunt qui manu homines occidunt
sed etiam illi per quorum consilium frau-
dem et exhortationem hoies extinguiun-
tur. Et ad istud duplex homicidium de-
scernendum quidam euangeliste dicunt
seu tradunt Christum esse crucifixum ho-
ra tertia: alii dicunt hora sexta. Quia in
dei suis praewis consiliis machinantes in
mortem Christi ipsum linguis crucifixerunt
hora tertia. Milites vero hoc factu
impluerunt hora sexta. **S**eptimo
committitur seu fit defensione seu an-
imo defendendi eum qui homicidium per-
petrat. Nam fidei Henricus defensio
Si quis vadit ad interficiendum aliquem
et seipsum illi scienter associas: non tam ip-
sum incitas ad homicidium perpetran-
dum: nec super hoc aliqua verba cuius co-
habuisti nec ipse tecum: immo tu sibi ex
animo hoc dissuadisti: licet tibi acquies-
ceret noluerit. Et nihilominus tu de ipsi
G 6.

De quinto

Si timens te ipsi associas eo animo ut si forte ille insequeretur eum tu eum defeneres: et sic occidit alium per te associat? Et in hoc casu dicit Hostien. qd talis est homicida nec vñquam poterit ad ordinnes promoueri. Et sic intellige qd sola defensione committit homicidii. ¶ Octavo committitur traditio p̄ximū in morte sicut iudas ch̄ri: de quo dicit Math. 26. Querebat oportunitatem ut eū tradiret. Et tales tradidores cum iuda damnabunt: et rei erunt in sanguine innoxio sicut iudas in ch̄ro. ¶ Nono committit iudicādo iniuste aliquē ad mortē. Sic pylatus occidit Christum: de quo dicitur Luce. 23. qd adiudicauit fieri petitio nem eorum. Vnde illis falsis iudicibus qd ppter munera vel fauorem iudiciuz et iusticiam pervertunt: quia enormiter pecant in christum qui est veritas et iusticia. Unde Isidorus de summo bono Non est persona in iudicio consideranda: sed causa. Qui consanguinitatis et amicitie fauoris sive inimicitarum occasione iudicium pervertunt sine dubio in christum dñm qui est veritas et iusticia peccare noscuntur. Unde Chrysostomus. Facile deuiat a iusticia qui in causis non deuiz sed hominem formidat. Hoc patet in pylato: qui christū multis modis et vijs nitebatur liberare: sed postmoduz finaliter extimore humano iniuste ad mortem sententiauit. ¶ Sciendū qd iudici non licet vendere iustum iudiciuz. Unde Augustinus. Non debet iudex iustum vendere iudicium: non testis verum testimonium: licet vendat aduocatus iustum patrocinium et iurisperit rectum consilium. Ergo grauiter peccant qui iusticiam exequi nolunt. nisi accep̄tis antea muneribus. Et tales quādo qd confunduntur hic et in futuro. Unde legitur qd quidam iniquus iudex nō livoluit facere iudicium nisi antea acceptis aliquibus muneribus. Et cū quidam vidua quādam causam habuit:

quam iudex ei continue prolongauit. Tunc ipsa fuit conquesta cuiusdam bono viro qd dixit ei. Ipse tibi non faciet iudicium nisi ei manus inungas. Tunc illa mulier accepit pinguedinez butyri et coram omni populo p̄sentī iudicio ad iudicem accessit: et ei manus inunxit. Qui indignater dixit. Cur mihi manus? Et illa. Quia mihi dictum est qd nō habeo finem nec expeditōez cause mee: quā mihi iādiū p̄taxisti nisi yngere yob manus. Et sic ille confusus corā omnī populo stetit. et ei ex verecundia iudicium fecit. Item sciendū qd iudex iniuste iudicans puniendus est a superiori suo ut exemplo eius alij timeant tale facin' amplius committere. Unde legitur qd quidam rex persarū cum deprehendisset quidam iudicem suum iniuste iudicasse eū et iussit excoriari: et sellam iudicis cum tali cute cooperiret iudex futur' continue memor fieret supplicij et timeret iniuste iudicare. ¶ Sciendum tñ qd nō faciliter homo iudicādus est ad mortem: qui est nobilitissima creatura. Unde Aristoteles de regimine principum. Nobilissimum animalium est homo caue effundere sanguinem humanum. Unde etiam Augustinus de spi. zli. Late dignitatis est humana conditio: ut nullū bonum ppter summū bonum ei sufficere possit. Unde Bernardus in simone. Fecit deus hominē secundum corpus egregias creaturam: sed secundum aiā magis: ut pura imaginē creatoris insignē: rōnis participē: beatitudinis eterne capacē. Ergo tal' nobil' creaturā non leviter est delenda. Hoc isti deberent attendere qd hōis quasi pullū galine occidit: et modicum estimant effundere sanguinem humanū: et occidere hominem. Cum tamen de loco tur per Ezechielē. c. xviiij. Nunquid voluntatis mee est mors impij dicit dñs et non magis ut auertat avia sua et vivat. Ergo qd esset spes probabilis de emēda tñc melius esset hominē vivere et se emē

dare: et peccata sua per satisfactiones de-
lere: quod sic leuiter et faciliter occidere. In
signum huius dicit dominus per Ezechiel
18. Nolo mortem peccatoris habere, et ego illi qui ita atrociter homines cruciant et
puniunt: et ita imisericorditer sententiatis
et iudicant: timere deberent illud dictum
Jacobi. q. Iudicium ei sit sine misericordia: qui hic non facit misericordiam. Et
illud dictum apostoli: Quo iudicio alium iu-
dicas: te ipsum condemas. Et super omnia
mercedeberet dictum christi quod habet Luke
vi. Eadem mensura qua mensi fueritis
remetietur vobis. 2.
Cecimo committit
homicidium non liberando proximum a
morte. Unde queritur utrum quilibet tenet
liberare proximum a morte. Respondeat quod sic. quod
quilibet ex debito charitatis tenet repel-
lere iniuriam a proximo et liberare eum a mor-
te vel defendere eum cum potest: alias erit re-
homicidium. Et ista veritate docet euide-
ter instinctus naturalis in brutis animali-
bus: ut per de delphinibus putat dicit physio-
ni. de animalibus. Similiter pater in porco
quisib[us] mutuo subueniunt. tunus nimirum
alium liberare. Non tamen quilibet tenet per ta-
li liberatione alterius piculo mortis ex-
ponere: sed solus iudex tenet ad hoc et per
manu armata. Qui autem ex charitate
hoc faceret: opus perfectionis exerceceret.
De persona privata dicit magni docto-
res quod si credat quod hominem solo verbo pos-
sit liberare a morte iniusta quod tenet face-
re verbo: verinetiam facta tenet impediens
possit efficere sine piccio.

C Homicidium spirituale octo modis
committit.

Homicidius spirituale quo quis
interpretatio dicit homicida committit octo modis. 3.
Primo quod committit in corde proximum odi-
endo: de quod prima Iohannes. viii. Deus quod odit
fratrem suum. homicida est. Et scatis quod
omnis homicida non habet vitam in se ma-
nitem. Glo. ibidem. Et si vivens int' ho-
mines vivere cernit: in perpetuum famam cu-

demonibus condemnabitur. Et istud
homicidium tanto grauius est corpora-
li homicidio: quanto anima que per ini-
diem occidit est prestantior corpore: quod
secundo patet ex hoc quod homicidium corpo-
rale est quo homo interficit alium per i-
uidiam autem homo periret seipsum. et
ideo quanto nequamius est hominem i-
terficere seipsum quam alium: tanto detesta-
bilius est homicidium spirituale corpora-
li. Et isto modo tam pueri quam mulieres
iudeorum christum crucifixum facte sunt ho-
micide: odientes dominum iesum christum. Et si
militer hodierni iudei sunt homicide christi
hoc modo. Homicidium quando sit pec-
catum mortale vel veniale per infra. xiiiij.

Secondo committit involunta-
te: secundum scilicet spirituale et bone voluntatis
propositum suffocando. Nam prius
in te bonum conceptum tibi divinitus
inspiratum per negligentiam et contem-
ptum extinguis: totiens divinum fetus
manu gratie divine in te plantatum vo-
luntarie iugulas et perimis. Quia anima
cuiuslibet hominis est sponsa christi: quod
tunc ab ipso impregnabitur quando bo-
na voluntas et bonum propositum con-
cipitur. Tunc idem conceptum occidit
quando bona voluntas per negligenciam
et contemptum ad effectum non produci-
tur. 4.
Tertio committit verbo
et ore proximo suggestendo mala quae sunt
contra deum et salutem. Ideo christus
dicit de diabolo ut habetur Iohannes.
viii. Ille erat homicida ab initio. Unde
Augustinus super Iohannem. Homici-
da diabolus dicitur: non quod gla-
dio armatus nec ferro cinctus ad ho-
minem veniat: sed quia malum verbum
seminavit. Noli ergo te non putare ho-
micidam esse: quando fratru tuo mala p-
suades. Unde apostolus prima ad Corin-
thos. xv. Corripunt bonos mores col-
loquia prava. Ergo quando cum quibus
verbis tuis occasio es alicui ad peccan-
dum: si hoc ex preposito et scienter feceris

Se quinto

homicidii spuale cōmītis. **C**Quarto cōmittit q̄ndo hō subtrahit fratnā cor/rectōem atq; admonitōem. **U**nū Greḡ in moral. Tot psonas occidim⁹ q̄t ad mortem īre quottidie tepidiz tacētes vi demus. **L** Circa qđ queritur: vt̄ correctio fraterna sit in pcepto. Re spondeo fm Tho. scđa scđe. q. xxvij. in precepto est. Sed quia pceptū est affir matiū non obligat ad semp: sed p loco ⁊ tpe. Unde omissio ei⁹ vno modo sit meritorie: vt quando q̄s oportunū tem pus inquirit. vñ qđ deipis metuit ne de teriores fiantyl ad bonam vitam alios impedianz hmōi. Scđo modo omitti tur cum peccato veniali: quādo scalicz ti mort cupidas fac tardiore ad corrige/ dum delictū fratis: non tamen ita q̄ si constaret ei q̄ si frēm posset a pccō retrahere dimitteret ppter timorē ⁊ cupida tem: quānimo in aio preponit charitatē vt dī Augustinus. Tertio modo omit/titur cū peccato mortali: scalicz cū formi/datur iudicij vulgī vel carnis cruciatio: vel quodcunq; temporale: dū tamen h̄ ita dominetur in aio q̄ fratis charitati pponatur. **D** Quinto committitur p malum exemplū quod daf pro/pimo. Unde Augustin⁹ in libro de pa/storalibus. Qui in cōspectu populi ma/leviuit quantū ī eo est illū q̄ ab eo accen/ditur occidit. Ergo q̄ re pmitus suo ma/lo exemplo ad peccandū induxit ille ani/mam tuam ⁊ suā occidit. sua p maliciā tuam p malum exemplū de quo dī xp̄s Matth. i8. Ele homini p quē fit scan/dalum. Unde etiā Aristoteles. n. ethū corum. Pessimus est ille q̄ vt̄itur malo: non solū ad se h̄ etiā ad alios. Ergo ta/les multipliciter puniunt. **U**nū Greḡ. in moralib; Tot mortibus quis di/gnus est quot mala exempla prauitatis in posteros reliquit. **A** Sexto cōmittit quando quis heredibus suis iniustas res relinqit. Nā quod denari/ os eis scienter relinqit: tot gladijs ipsos

transfigit. Ergo tales heredes siue filiū si illas res iniuste acquistas scient possi/dent tunc damnātur cum parētib;. Et tunc scđm dictum ch̄zī in euā gelio Filij consurgent aduersus parentes. Hoc in telligatur q̄ i iudicio extremo siue etiam ī īferno punit eos dupl̄r. Primo cō queritur de eis sicut de crudelib; occasiōrib; eoꝝ. Eccl. xli. De patre ipso con queritur filij. quoniam ppter ipm sunt in opprobrium. Scđm quod est grauissi/mū: quia ī īferno semper eos torque/bunt ad minus per impropria: intan/tum q̄ nescivtrum grauius per filios: vel per demones punitantur. Unde le/gitur q̄ quidem comes quo ad huma/nam estimationē satis bonus: visus est post mortem a quodam heremita in īferno ī quadam schala ignea stare. Et cum ille quereret cur ibi esset cum satis laudabiliter ī mundo vixisset Respon/dit q̄ propter possessionem cuiusdaz ec/clesie quā proauus suus sibi v̄surpasset. Etiē admonitus nō eam restituisset. Quia eam se possidere licebat: exquo ab antiquo sup eum sic deuoluta/ esset. Et ipse fatebatur decimū se ēē pos/sessorem. Et quot de generatione illa q̄ eā scienter possiderēt morerent: illuc ad eum ⁊ ad eandā schalā futuri eēnt. **O** Septimo cōmittit victimū necessaria/ū ī necessitatē articulo pauperi sub/trahendo. Nā q̄ victimū necessariū paupe/ri ī necessitate subtrahit: spuale homici/dium cōmittit. Unde Ambro. Pasce fame morientē: si non pauiisti occidisti. Gratia huius potest queri vitrum dare elemosynā cadat sub pcepto. Respon/deo q̄ dare elemosynam ī necessitatē ar/ticulo cadit sub pcepto qđ pater p h̄ q̄ ipam omittēs eternaliter puniet. vt p̄z Matthei. xxii. Esuriui: et non dedisti mihi māducare. Et rō huius est: qz cu/z dilectio proximi sit ī precepto: necesse ē omnia illa cadere sub pcepto sine quib; dilectio p̄ximi non seruat. Ad dilectōeū

precepto

aut p̄ximū pertinet: ut nō solum velim⁹
et bonū sed etiā operemur fīm illū. i. Jo-
annis. 3. Non diligamus lingua neq; y
bo: sed opereretur. Ad hoc atrive-
limus alicui requiritur eius necessita-
ti subuentamus. Juxta illud. i. Joh. 3.
Qui viderit frēs suum habere necessita-
tē clauerit viscera sua ab eo. quō cha-
ritas dei manet in illo. Ergo elemosy-
narum largitio est i precepto. S; quia
p̄cepta dant de actibus virtutū: nec-
esse est q̄ hoc donū elemosyne cadat i pre-
cepto fīm q̄ actus est de necessitate p̄tu-
tis: p̄tā scđm dictamen recte rōnis. et
scđm hoc aliud est considerandū ex par-
te dantis: et aliud ex parte recipiēt;. Et
ex parte qđem dātis requiritur q̄ illud
qđ in elemosyna datur sit superfluum nō
solum respectu suū p̄ius: sed etiam respe-
ctu aliorum quorum sibi cura incumbit
Quia recta ratio dicit q̄ vnuſquisq; si-
bi prius p̄uideat de his quoꝝ sibi cura
incumbit. et postea de residuo necessitati
aliorum subueniat. Ex parte autem re-
cipiētis requiritur q̄ necessitatē habeat:
alioq;n non esset rō pietatis quare ei da-
retur. Unde dist. 82. ca. i. His paupe-
ribus danda est elemosyna q̄ i manib;
suis laborare non possunt. Non at om-
nis necessitas obligat ad p̄ceptum: sed
solum illa sine qua quis sustentari non
potest. Et ideo relinquitur q̄ dāt elemo-
synam de superfluo est in p̄cepto respe-
ctu eius q̄ est i extrema necessitate pos-
tus. Sc̄dum tamen q̄ non simplicit
expectanda est semper extrema necessi-
tas: quia tunc non poss; iuuari natura
consumpta. Sed tunc intelligend⁹ est
casus extreme necessitatis quādo appa-
rent signa future necessitatis extreme p-
babilia: ut cum quis videt alios ipoten-
tes vel pigros ad subuentendum: et vi-
det pauperem indigere vite necessarijs
nec sibi posse satisfacere: tunc eīm ex pre-
cepto charitatis tenetur sibi subuenire.
Sed circa necessitatem extremā darc-

elemosynā est i consilio sicut de quolibz
meliori bono dant consilia. Unde dicit
Basilius. Cur tu abūdas ille p̄o men-
dicat: nisi tu bone dispensatōis meri-
ta consequaris: ille vero patientie meri-
tis decoretur. Famelici panis est quē tu
tenes: tunica nudī est quam in conlānt
conseruas: calceus discalceati est qui pe-
nes te marcescit. Idcirco tot iniuriās cō-
mittis q̄ dare valēs. Octauo commis-
titur p̄ximo detrahendo de qua detra-
ctione iā dicetur.

De detractione. **D**etractio detestanda est. Prīo
quia comparatur homicidio: qz
ille cui detrabitur in conscientia
illius q̄ audit detractō em occidit: i cui⁹
conscientia p̄us viuebat p̄ bonā famā:
et tale homicidium grauius est corpora-
li. Quia fīm Henricū de firma. ibi solū
corpus vnius occiditur: hic aut̄ sīl plu-
res aīe perimunt. vna ip̄ius detractor⁹
alia eius cui detrabitur cū hoc p̄cepit
et irascitur et querit vindictā. Tertia ip̄o
rum audientium. vnde tale homicidū
periculosisimū est: qz est contagiosum.
serpit ēm devno ad alium. et letaliter in-
ficit oēs illos in quos venenū distractio-
nis infunditur. Unde Bernardus su-
per canonīcā Joānis. Un⁹ē detractor
q̄ loquitur: et tamen vñi verbū eodem in
momēto multitudinis audiētum dum
aures transfigit: aīas interficit. **S**e-
cundo p̄ivalere ad detestandā distracti-
onem hoc quod detractor diuersis ges-
teribus renī comparat. Nā p̄mo com-
paratur canī: ut dicitur Math: 7. No
lite sanctūz dare canib;. Eccl. xix. Sa-
gitta infixa femori canis: sic verbū in ore
stulti. Canis sagittā habens infiraz fe-
mori nō quiescit donec remouerit: neq;
stultus quiescere p̄t donec verbū quod
audiuit de p̄ximo ali⁹ retulerit. Detra-
ctores sunt canes diaboli nō p̄mittētes
etiā vñā auiculā auferri ab hinc quin la-
tent et eaꝝ mordēant. Iccē cōparat p̄oy

De quinto

et quia ad modum porcos citi inqnat
q̄ pedē. Et sicut porc ingrediēs i hor
tu aliquēt ibi lutū et flore inueniēs : flo
res dimittit lutū ingredif: et se in eo vo
lunt. Sic detractor bona vīsa v̄l audī
ta de p̄ximo obliuiscit et mala audita v̄l
vīsa de p̄ximo ponderat et retinet. Et sic
os et lingua inqnat: qd est mēbrū nobis/
lepre alijs mēbris. Unde Christo. i. poli.
Nullū em̄ aīaliū naturalit h̄z fmonem
nisi hō. Itē detractor cōparat fpenitē in
bis p̄uetatib. Serpens est aīal. pditi
osum. i silētio mordēs: tortuose i cedēs .
Sic detractor pditor ē q̄ occulte oblo
quitur p̄ximo. Unde Ecclesi. x. Si morde
at fpenis i silētio: nihil eo min⁹ h̄z q̄ oc
culte p̄imo detrahit. Tortuose etiā in
cedit detractor: dū a laude ei⁹ incipit cui
detrahit. et deinde subdit. Nō dico hoc
animō detrahendi: sed vt fides ei adh̄
beatur: dicit semultum amare cū cui de
trahit. Et ego dico q̄ sic eum diligis si
cut iudas iesum christum dilexit q̄ eum
falso osculo tradidit. Undeversus Qn̄
bonum fari sed corde malu; meditar;
Oscula que iudas domio dedit hec mi
hi tu das. Ergo tales sūt pditoēs p̄xi
morū sicut iudas christi. **Tertio** quia
detractores peiores sunt furib illis qui
vestes et alia furantur temporalia. Unde
de Ambrosius. Tolerabiliōres sūt fu
res qui vestes et alia bona diripiunt q̄s
fures qui famam nostram bonam du
lant. Lui⁹ ratio potest ēē hoc quod
dicit Salomon. Dēlius est nomen bo
num q̄s multe diuitie. Unde qui nomē
bonum alicui aufert: magis nocet ei q̄s
si multas diuitias furaret. **Quarto**
quia detractoris lingua peior videt esse
inferno. Infernus enim solū malos de
uorat. Lingua vero detractoris bonos
et malos. Insuper detractores uno mor
sello comedunt vnam totam puinciam:
vel archiepiscopatum ciuitatem: v̄l pa
rochiam: vel villam cum eis obloquunt
Et est yalde periculōsum cum dicatur: i

tali p̄uītia sūt raptore: i tali episcopa
tu sūt raptore: i tali ciuitate adulteri: et
sic de alijs. Quia ibi innocēs cū nocēte
ifamaf: qd est cōtra iusticiā. hoc p̄z: q̄ si
vn⁹ est re⁹: tūctres v̄l plures sūt inocen
tes. **Quinto** q̄ iter oīa alia peccata isto
videt p̄ei⁹ expiari: qd p̄z p̄ hoc q̄ scdm
Augustinū. Nō dimittit p̄ccm nisi ab
latū restituat. Lū igif p̄ detractōes ab
stuleris p̄ximo bona famā (q̄ iter bona
corporalia est aliqd nobilissimū) ipossu
bile vel summe difficile videtur ut ei va
leas plene restituere: cum non possis sci
re in quot cordibus hominum virt⁹ tue
detectionis sit diffusa. quare. tē. Unde
sciendum q̄ iter omnia peccata ista duo
peccata. s. detractio et rerum ablatio ma
gis difficulter dimittuntur homini. q̄a
sine restituzione nec valet contritio nec
lachrymarum effusio: etiā si tot lachry
mas effunderes sicut Petrus et Maria
Magdalena effuderunt: quando ama
re peccata sua planterunt. Itē neceva
let peccatorū confessio nisi fiat fm pos
sibilitatem predictorū restitutio. Ergo
detractores qui iniuste proximos infas
mauerunt tenentur in publico renoca
re: et eis bonam famam restituere scdm
posset nosse si volunt gratiam et dei mi
sericordiam et remissionem peccatorū
consequi.

Quot modis fiat detractio.

Detractio fit sex modis.

O Primo cum quis occulta mala
proximi manifestat: cum ifamā
dor confūndo. et si ea intentione Cetiā
q̄uis verē sit de p̄ximo malū loquī ad
nocēdū ei: mortale ē. Verbi gratia Si
q̄s aliqd occulta p̄ccm cōmisisset qd tu
bit soli deo p̄staret: et si hoc publicares
aliq̄ ifamādo ei: peccares mortaliter l̄z
verum esset. Sed si manifestares illi q̄
poss̄ prodesse vt emendaretur: hoc ēēt
bonum et laudabile: quia in hoc querer
retur salus p̄ximi. Item si ille ap̄d quez
tu illum infamasti alteri eadem intentio /

precepto

ne hoc occulcum malum reuelat. s. ipm
infamando similiter peccat: et sic d singu
lis ascendendo. O quod peccata perpe
trantur cum quis in una tota terra v'ci
uitate infamatur. imo si aliquis manife
ste in aliqua ciuitate infamatus est et fa
ctum eius notorium est in illa ciuitate: et
tuyentes ad aliam ciuitatem vbi non
scaretur: tunc si publicares ibidez pecca
tum et excessum illius hominis: ea inten
tione ut ibi etiam infamaretur: grauiter
peccares. Ergo n'llo modo debemus ma
nifestare mala proximi illis qui non sciunt
et maxime vbi no pdest sed magis obest
¶ Secundo quando audita mala de
proximo cum augmento referunt alijs.
Et heu hoc valde cōmune est mala p
rimorum agg: auentur et augmentetur
Quod tamen est multum periculosuz et
grande peccatum talia mala cu augme
to proferre: et sic proximum suum confunde
re. De his enim et contra istos dicit p
pheta dauid. psalmo. cxix. Vir ling
uosus scilicet sermones cum augmento
proferens non dirigetur in terra. Et ec
clesiastici nono dicit salomon. Teribi
lis in ciuitate sua homo linguosus.

¶ Tertio crima falsa imponere pro
ximo: et hoc est grauissimum inter pecca
ta detractionum: quia vix remittitur ta
le peccatum. Unde Hieronimus. No
facili' v'nia dixisse pua d rectis. ¶ Quar
to cu quis negat occulta bona proximi.
V'lerbi gratia Sicut cum aliqua bona
referuntur de proximo: et ille inuidus ne
gat hoc bonum verum esse qd dicit de
illo cui inuidet q'uis verum sit in se. et cu
hoc facit et inuidia et vindicta grauiter
peccat. ¶ Quinto cu quis nititur ea mi
nuere bona manifesta proximi que non
potest ex toto negare: tamen nitifera mi
nuere. Unde Hugo. Detractor est q bo
na proximi in quantum potest diminuit.
¶ Sexto cu quis bona proximi peruerit
in mala: dicens ea esse facta mala inten
tione: cum tamē cor soli deo parcat. Un

de Hugo. Detractio est locutio ex suis
dia pcedens: bona alio p denigrans. Et
hoc. s. q' sic bona p ximi quis conuertit
in mala: pcedit ex inuidia et ex defectu ca
ritatis. Unde Augustinus. Certus est
q' de aliquo in certo neminem iudicare:
quem tanq' me ipsum diligenter. Insu
per est signum magne nequitie et puer
itatis in homine q' sic proximum suum
iudicat et bona sua deprauat. Unde
Chrysostomus super Matthaeum Si
cuit difficile aliquem suspicatur malum
qui bonus est: sic difficile aliquem suspi
catur bonum qui ipse malus est. Idem
ibidem. Omnis homo secundum se estimat
alterum. ¶ Scendum q' summe de
bemus cauere ab his modis detrac
tio nū secundum q' dicit salomon Sap. primo
A detractione p'cite ligue Detractores
enim teste aplo ad Ro. i. deo odibiles
sunt. Ut autem hoc melius seruare pos
semus. nullus nostrum deberet loqui d
proximo eo absente quod noll loqui eo
presente. Unde Leuitici. xix. dicitur.
Non maledices surdo. Surdo maledi
cit qui absenti detrahit. Homo enī ab
sens minus potest audire detrahentem
q' si surdus esset. Surdus enim quan
doq' audit quando sibi alta voce clas
matur: absens vero qui quandoq' dū
stat per duas leucas vel amplius non
audiret detrahentem quantumcumq'
clamaret. Unde etiam Hieronymus
Noli diligere detrahere ne eradiceras.
pauci enim sunt qui huic vito pleneret
nunciant. Existis patet q' detractio ē
commune peccatum: et tamen grauiter
in hoc offenditur deus. Unde Augu
stinus super illis psalmiste Pro eort me
diligenter detrahebant mihi. Plus no
cent in membris detrahentes christo q'
animas interficiunt creditorum: q' qui
eius carnem mox resurrectam pere
merunt. Et propterea detractores gra
uiter puniuntur a deo: et quādoq' tales
desperant in agone mortis. ut p' p' ex

De quinto

emplū. Fuerunt duo soci clericī quorū
vn⁹ detractor pessim⁹: de nemine bñ po-
terat loqui: q̄ infirmitate detent⁹ cuz ad
penitentiā a socio moneret pariū pēdēs
sp̄ius monita i nullo se penit⁹ correxit.
Lunc ad extrema appropinq̄ret: adiu-
ratus a socio suo pmisit vt iſra triginta
dies sibi appareret si posset si d̄s pmis-
teret: t̄ sic mortuus ē. Post paucos igit̄
dies d̄ eo pmittente non p̄ salutē ei⁹: sed
vt ceteri tali erudirent̄ exēplo Apparuit
socio totus nigerz accēsus tot⁹ ignitus i
tro t̄ foris incēdio iſernali. Ad cui⁹ con-
spectum cū ille tremore deficeret: dixit ei
Ego sum ille ifelix quondā soci⁹ tuus
p̄ quo oras inaniter: q̄ p̄petue suz dā/
natus. Et cum ille quereret q̄uo sibi ac-
cedisset in agone: Respōdit cū essem in
extremis: ductus sum corā iudice. Lū/
q̄ obmutescerem p̄ timoreyidi multas
aias sole lucidiores ad iudicē contrā me
manus extendētes t̄ clamātes. Gl̄di/
ca dñi sanguinē nostrū de illo mendace
detractore: qui nos apud hoīes mēda/
citer ifamauit. ad hāc vocem cuz me iu/
dex inspicere toruovultu t̄ irato: t̄ ego
in eius aspectu territus t̄ confusus t̄ de/
platis contra memalis mib⁹ conscius
memeti⁹ t̄ miscdiaz dei sum oblit⁹: et
sic desperās p̄petue sum dānatus.

De his q̄ detractōes libēt audiūt R
Sequitur de pccō coꝝ q̄ libenter
audiunt detractores: contra qđ
pccm p̄mo possūt valere verba
sacré scripture que illud dissuadent. Gl̄n
puer. 4. Labia detrahentū sint pcul
a te. Item Eccī. 28. Sepiaures tuas
sp̄inis. t̄ noli audire lingua nequā Gl̄n
queritur utrum peccet q̄s audiendo de/
tractorē. Rñdeo scdm Tho. scđa scđe
q. 73. Si quis detractorem audiat. sc̄z
absq̄s resistentia: videtur detractori con/
sentire: vnde sit particeps pccī eius. Et
si quidem inducat eum ad detrahenduz
vel saltēm placeat detractio ppter odiū
eius cui detrabitur non min⁹ peccat q̄

detrahensz q̄s magis. Unde Ber/
nard⁹ de p̄sideratōe Detrahere aut de/
trahētem audire quid horum dānabili/
us sit: non facile dixerim. Si vero ei pec/
catum non placeat sed ex timore vel ne/
gligentia vel etiā ex verecundia quadaz
obmittitur detrahētem repellere t̄ on/
dere q̄ ei detractio displiceat: tūc peccat
quidem: sed multo minus q̄ detrahēs
t̄ plenūq̄ venialiter Quādoq̄ etiā ipm
potest esse mortale: vt quia ex officio in/
cumbit ei detrahētem corrīgere: v̄l etiā
ppter aliquod periculum inde psequēs
V̄l ppter radicem qua timo; human⁹
q̄nq̄ p̄t esse pccm mortale: qđ fit quan/
do hō sic dispositus est vt ppter timorē
cuiuscunq̄ reitp̄alis faciat aliquid pro/
hibitum vel p̄termittat aliquid qđ est
pceptum i lege diuina: talis timor ē pec/
catum mortale. Item qui libenter audi/
unt detrahere p̄ximis sunt sicut canes.
Quia cūvnuis canis leditur tunc om̄es
concurrit t̄ eum lacerat̄ t̄ mordent Hic
similiter faciūt detractores cum audiūt
allicui obloquī: tunc obloquenti applau/
dunt: insuper t̄ verba sua etiā apponunt
Et sic aias suas p̄prias occidunt t̄ mor/
tem eternā incurvant. Cōtra quos dicit
Augustin⁹. Non accōmodes aures tu/
as ad percipiendum verba detrahēti/
ne concipias mortem i anima tua. De/
trahentis em t̄ audientis utriusq̄ esca ē
mors anime. Evt breui⁹ concludam.
Detractoz libēs auditor diabolū por/
tant in lingua. Unde quilibet inquan/
tum potest debet cōpescere detractores
Unde legitur d̄ quodam ep̄o qui erat
in purgatorio t̄vehemēter affligebat in/
fatore clericis sui existentis in inferno t̄ as/
cendentis ad ipsum: quia detractiones
eius quandoq̄ audierat t̄ cum non sa/
tis corripuerat: q̄s q̄s ep̄s satis i se bon⁹
fuerat. Item q̄ infelix sit lingua detra/
ctoris patet per hoc exemplū: Fuit quī
dam maximus detractor religiosoz t̄ sa/
cerdotuz t̄ alioꝝ bonoz hoīm: qui tāde

præcepto

mortu⁹ ē. Post multos vero annos cu⁹
aperiebat sepulchrū ei⁹: totu⁹ corp⁹ ei⁹
putridum erat p̄ter lingua⁹ eius. Sed
rare lingua illā inter se volentes ro-
dere non valebant: in signum q̄ lingua
illa non erat digna in terraz redigi p eo
q̄ multos homines leserat: Et miseril-
le homo cuius lingua illa erat. iā in aīa
z post iudicium in corpore z anima in
eternum torquebitur: nec tamen consu-
metur. Unde Apocalyp. xix. Mors fu-
giet ab eis.

De sexto præcepto

Don mechaberis. Hoc sextū p̄-
ceptū expresse prohibet lesionē
conjugalem in persona cōiuncta. si-
cūt p̄cedens p̄ceptum prohibebat lesionē
alicuius in propria persona. Unde fīm Au-
gustinū. Illū p̄ceptum prohibebat lesio-
nem alicui⁹ in persona propria: istud ac om-
nem illūcū concubitū: z hoc implicite.
Unde dicitur. Non mechaberis. i. nul-
li alteri excepto federe matrimoniali te
cōmiscebis: vt dicit glosa interlinearis.

A **C**Sciendū tñ q̄ istud preceptū
transgrediuntur septem genera hominū
Primi sunt fornicarii sicut solutus cum
soluta. Et licet quidā dixerint fornicati-
onem simplicem non esse pccatum mortale
Hoc tamen Henricus de fir. dicit esse
falsum z impossibile ppter duo. Primo
q̄ fornicatio simplex inuenitur i diuina
lege prohibita. Lex autem diuina nihil p-
hibet nisi peccatum mortale. Secundo
patet euidenter quia nihil a participati-
one celestis regni excludit nisi peccatum
mortale. Sed ppter simplicem fornicati-
onem aliquis excluditur a participati-
one regni celestis: vt patet per apostolū
Ephe. v. Hoc autem scitote quoniā for-
nicator aut immundus non habet partē
i regno dei. quare. z. Ex quo patet q̄
luxuria est malum peccatum: q̄ nunq̄
potest scienter voluntarie fieri sine pec-

cato mortali. Homicidium potest fieri
sine peccato iustitia exigēte. vt cū index
amore iusticie aliquem occidit. vel etiā
quando vim vi repellere decet. vt patet
in quinto precepto. Item aliquis po-
test furari sine peccato in extrema neces-
itate. quia tunc omnia sunt communia.
Item in festis potest quis laborare sine
peccato. Item quādoq̄ quis potest ut
rare sine peccato. Similiter z irasci po-
test quis quādoq̄ sine peccato. sed nullus
potest fornicari sine peccato scienter
quia mortaliter peccat. Ponam q̄ ali-
quis nullum malū cogitauerit neq̄ de-
xerit neq̄ fecerit. z omnia bona egerit q̄
excogitari possunt. z semel fornicetur et
sic decedit sine penitentia: tūc de necessi-
tate damnabilis: etiā si omnes misse que-
rūcū ad finem mundi celebrabuntur ab
ecclesia p eo celebrarentur nō liberarēt
cum a morte eterna. Et ppter illaz bre-
uem delectatōem omni gaudio celi z so-
cietate beatorum p̄uabitur Unde Ihero-
nymus. Quiluxuriatur vivens mortis
us est. **B** **C**Sciendū q̄ ad dete-
statōem huius fornicatōis que sit cum
meretricibus valent tria Primū est hoc
q̄ quandoq̄ sunt coniugate. z sic quan-
do aliq̄s credit se peccare cū talibus sim-
plici fornicatōe ip̄e quādoq̄ committit
adulterium. Secundū quia quādoq̄
talib⁹ cōmittit incestum. quia quādoq̄
tales meretrices cognite sunt a consan-
guineis illius qui peccat cum eis. ergo
si duo consanguinei peccarent cum una
soluta meritrice: tunc p̄mus absolvitur
a simplici sacerdote. secundus autē mi-
titur ad auctoritatem ep̄i. Tertio q̄ cu⁹
talibus peccat magno se committit dis-
crimini: licet non sint coniugate z affines
eius. sp̄etamen fīm Guili. lugdunē. in
summa viciorum capitulo de luxuria
eque peccat: ac si forent. ex quo equalis
est contemptus.

C Desitorio virginum q̄ magnū
peccatum est.

De sexto

Secundisunt q̄ cōmittit stupruz qđ est illicita defloratio virginū.
